
Q 18
16
C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11
Patch Reference numbers on UTT
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.
10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9
the scale towards document

Q
16 18

E 16 18

BIBLIOTHECA
CHRISTIANEI
REGII
ALTONENSIS

Jahresbericht

des

Königlichen Christianeums

in

Altona

zu

Ostern 1904.

Inhalt:

1. 39 Briefe des Philologen Johannes Caselius, geschrieben zu Rostock 1589, als Fortsetzung der im Jahresbericht von 1900 veröffentlichten 36 Briefe desselben Verfassers herausgegeben von Professor Dr. Johannes Claussen.
2. Schulnachrichten, vom Direktor Dr. Arnoldt.

ALTONA.

Peter Meyers Buchdruckerei. (Inh. Martin Gehricke.)

1904. Progr. Nr. 325.

39 Briefe des Philologen Johannes Caselius,

geschrieben zu Rostock 1589,
als Fortsetzung der im Programm von 1900 veröffentlichten 36 Briefe
desselben Verfassers
herausgegeben von Professor Dr. Johannes Claussen.

Ein zierliches Geschenk wurde einst am Neujahrstage 1665, wenn wir der Erzählung des gelehrten Hamburger Büchersammlers Johann Peter Kohl glauben dürfen, von dem Rendsburger Philologen Marquard Gude seinem jungen Zögling, dem vornehmen und reichen Niederländer Samuel Schars verehrt: die Abschrift von 75 Briefen des aus wohlhabendem niederländischen Adel stammenden Rostocker Professors Johannes Caselius (von Kessel) aus dem Jahre 1589, welche zu den 121 Epistolae Rostochienses, die von dem Hamburger Professor Heinrich Vaget 1641 und 1643 herausgegeben waren, gleichsam eine Ergänzung und Nachlese bildeten.

Diese Handschrift gelangte im 18. Jahrhundert in den Besitz des Professors Kohl in Hamburg und wurde von ihm 1768, als er gegen Ende seines Lebens nach Altona übergesiedelt war, der Bibliothek des Altonaer Christianeums geschenkt.

Aber sie war vor der Übergabe arg beschädigt worden; denn Kohl hatte mit rauher Hand die ersten Blätter seiner Handschrift vernichtet, nachdem die Briefe 1—22 in seiner Zeitschrift „Gesammelter Briefwechsel der Gelehrten, die zum Wachsthum der Wissenschaften . . . in eine sogenannte correspondirende Gesellschaft zusammengetreten, Hamburg 1751“ veröffentlicht waren.

Ein Exemplar dieser Zeitschrift fand in der Hamburger Stadtbibliothek eine Stätte; aus diesem Buche ist der Druck der Briefe 1—22 auf den folgenden Seiten wiederholt worden, einerseits weil Kohl die Briefe ohne irgendwelche Erläuterungen herausgegeben hat, auch seine Blätter wenig Verbreitung gefunden haben, andererseits um einen vollständigen Druck der Altonaer Briefsammlung in dem Umfange, welchen sie im Jahre 1751 hatte, herzustellen.

Unsere Handschrift enthielt also zu Kohls Zeit 75 Briefe. Von den 22 Briefen, welche Kohl 1751 veröffentlichte, lag Brief 21, aber mit hier und da verändertem Wortlaut, bereits gedruckt vor in dem von Justus von Dransfeld 1687 herausgegeben opus epistolicum (ep. ad Clampium 13). Dasselbe Werk enthält auch den Brief 37 unserer Sammlung (ep. ad Clampium 14). Die übrigen Briefe sind bisher nicht veröffentlicht worden.

Jedoch sind die meisten Briefe unserer Sammlung schon dem gelehrten Professor Polycarpus Lyserus bekannt gewesen, welcher eine Gesamtausgabe von Caselius Briefen plante und eine Übersicht über seine Sammlung im „Apparatus literarius . . . societatis colligentium“ Witebergae 1717 p. 240 ff. veröffentlichte. Von allen bisher ungedruckten, ihm bekannten Briefen führt Leyser hier die Überschrift, vier oder fünf Anfangsworte und das Datum an. In dieser Übersicht fehlen nur die Briefe: 22, 33, 35, 72, 73 und 74.

Johannes Caselius vollendete zu Rostock am 18. Mai 1589 sein 56. Lebensjahr. Als Sohn eines Theologen, welcher um seines Glaubens willen seine niederländische Heimat verlassen hatte, 1533 zu Göttingen geboren, wurde er 1551, nachdem er mehrere Jahre das Gymnasium seiner Vaterstadt besucht hatte, auf der Universität Wittenberg Melanchthons Schüler und durch seinen Einfluss ein begeisterter Verehrer des griechischen Altertums. Später besuchte er die Universitäten zu Leipzig, Frankfurt a. O. und Rostock. In Mecklenburg gewann er die Zuneigung des Herzogs Johann Albrecht; mit seiner Unterstützung machte er zwei Studienreisen nach Italien. Hier wurde er 1566 in Pisa zum Doctor utriusque iuris promoviert; auf der Rückreise wurde ihm 1567 in Wien vom Kaiser Maximilian II. sein Adelsdiplom erneuert. Er wurde darauf zunächst Professor in Rostock, dann 1570 in Schwerin Hofmeister des jungen Herzogs Johann.

Jedoch das Leben am Hofe war auf die Dauer nicht nach seinem Gefallen; er verliess 1574 Schwerin und kehrte als Professor nach Rostock zurück, wo er als Lehrer der griechischen Philosophie und Rhetorik, als Erzieher der akademischen Jugend, als Freund und Berater früherer Schüler sich Liebe und Zuneigung gewann und als Ratgeber des Adels und der Höfe, als Vertrauter von Gelehrten und Beamten, als Herausgeber griechischer Schriftwerke Ansehen und Einfluss erlangte. So wurde seine akademische Tätigkeit in Rostock die Glanzzeit seines Lebens, deren er später oft in dankbarer Sehnsucht gedachte (vgl. H. Kaemmel in der Allg. Deutsch. Biographie 1876).

Diese Zeit fand 1589 durch die Berufung nach der 1576 eröffneten Universität Helmstedt ihren Abschluss. In den letzten Monaten vor der Übersiedelung nach seinem neuen Wirkungskreis sind die Briefe der Altonaer Sammlung verfasst worden. Sie sind gerichtet an:

74	Artis	dicendi	Studiosi	in Rostock
75	Mollerus	Henricus	Professor	„ Hamburg
1	Joannes Fridericus	Dux	Prinz	„ Harburg
2	Registorfius	Nicolaus	Studiosus	„ Neustadt a d. Haardt.
3	Luhius	Henricus	Rat	„ Wolfenbüttel
4	Bassevitius	Joachimus	Rat	„ Kopenhagen
5	Mollerus	Vincentius	Secretarius	„ Hamburg
6	Mollerus	Henricus	Professor	„ Hamburg
7	Luhius	Henricus	Rat	„ Wolfenbüttel
8	Otho	Dux	Herzog	„ Harburg
9	Ramelius	Henricus	Rat	„ Kopenhagen
10	Wackerbartius	Otho	Domdekan	„ Schwerin
11	Gulielmus	Dux	Studiosus	„ Helmstedt
12	Gryphius	Bartholomaeus	Secretarius	„ Hamburg
13	Mollerus	Henricus	Professor	„ Hamburg
17	Blumius	Joannes	Amtmann	„ Hadersleben
14	Ramelius	Henricus	Rat	„ Kopenhagen
15	Huberinus	David	Pastor	„ Verden
16	Hennichius	Joannes	Pastor	„ Hamburg
18	Rostorfius	Joannes	Secretarius	„ Kopenhagen

19 Brigelius	Leonhardus	Secretarius	in Königsberg
20 Scharfius	Fridericus	Kanzler	„ Königsberg
21 Clampius	Albertus	Kandidat	„ Bremen
22 Sprocovius	Bartholomaeus	Pastor	„ Wunstorf
23 Hollius	Otho Eberhard.	Nobilis	„ Wunstorf
24 Clampius	Albertus	Kandidat	„ Bremen
25 Rascius	Detlevus	Rektor	„ Verden
26 Tornaesius	Joachimus	Konrektor	„ Lübeck
27 Tonaglus	Joachimus	—	„ Lübeck
28 Hubnerus	Thomas	Magister	„ Berlin
29 Hubnerus	Joachimus	Studiosus	„ Frankfurt a. O.
30 Creidius	Laurentius	Kandidat	„ ? Perleberg
31 Rostorfius	Joannes	Secretarius	„ Kopenhagen
32 Memmius	Conradus	Studiosus	„ Helmstedt
33 Hennichius	Joannes	Pastor	„ Hamburg
34 Mollerus	Henricus	Professor	„ Hamburg
35 Rantzovius	Henricus	Nobilis	„ Gut Panker in Ostholstein
36 Rantzovius	Caspar	Nobilis	„ Gut Schmool in Ostholst.
37 Clampius	Albertus	Kandidat	„ Bremen
38 Dobinius	Nicolaus	Professor	„ Neustadt a. d. Haardt
39 Belovius	Nicolaus	Studiosus	„ Basel
40 Grynaeus	Samuel	Professor	„ Basel
41 Lipperus	Hermannus	Studiosus	„ Wittenberg
42 Vejus	Eberhardus	Professor	„ Wittenberg
43 Brummerus	Eobaldus	Syndikus	„ Stargard
44 Hubnerus	Tobias	Kanzler	„ Dessau
45 Bersmannus	Gregorius	Rektor	„ Zerbst
46 Peucerus	Caspar	Leibarzt	„ Dessau
47 Crugerius	Pancratius	Professor	„ Frankfurt a. O.
48 Caminaeus	Balthasar	Professor	„ Frankfurt a. O.
49 Hubnerus	Joachimus	Studiosus	„ Frankfurt a. O.
50 Clampius	Albertus	Kandidat	„ Bremen
51 Rascius	Detlevus	Rektor	„ Verden
52 Ducarus	Joannes	Nobilis	„ Livland
53 Heliconius	David	—	„ Riga
54 Tisenhusius	Georgius	Nobilis	„ Livland
55 Hoimius	Otho	Rat	„ Wolfenbüttel
56 Richius	Joannes Theod.	Gymnasiast	„ Wolfenbüttel
57 Brigelius	Leonhardus	Secretarius	„ Königsberg
58 Riccobonus	Antonius	Professor	„ Padua
59 Bucretius	Daniel	Dr. med.	„ Breslau
60 Dobinius	Nicolaus	Professor	„ Neustadt a. d. Haardt

61 Hubnerus	Thomas	Magister	in Berlin
72 Rector et	Professores	Academiae	„ Frankfurt a. O.
73 Decanus et	Professores	Ordinis phil.	„ Frankfurt a. O.
62 Ulricus	Dux	Herzog	„ Güstrow
63 Joannes	Dux	Herzog	„ Schwerin
64 Hoimius	Otho	Rat	„ Wolfenbüttel
65 Grummerus	Theobaldus	? Rat	„ Br.-Lüneburg
66 Wackerbartius	Otho	Domdekan	„ Schwerin
67 Brigelius	Leonhardus	Secretarius	„ Schwerin
68 Mylius	Andreas	Rat	„ Schwerin
69 Fabricius	Andreas	Rat	„ Königsberg
70 Brigelius	Leonhardus	Secretarius	„ Königsberg
71 ? Hubnerus	Thomas	Magister	„ Berlin

Die Briefe lauten, nach der Zeitfolge geordnet:

74.

Artis dicendi studiosis.

Et raro nec diu ac fere nunquam quamvis necessariae scriptiones me in docendi munere impediunt; non patior hoc nisi quid vestrae potissimum utilitati destinatum in manibus habeam. Cessationem aliquot dierum nobis pepererunt et anni tempus alienum et dies festi; illi necessitas parere, his cedere pietas jubet. Nec tamen dissimulabo valetudini [1]) quoque mihi fuisse inserviendum, qua praesertim ob intemperiem coeli minus commoda laborabam; eam deinceps tuebor, ut potero, atque operam dabo, ut nihil, quae ad munus docendi pertinent, a me praetermittatur omnium.

Spem vobis feci uberioris doctrinae artis dicendi, quasdam quoque primas lineas, ineunte hyeme; ex ea *διαγραφίᾳ* cuique vestrum videre facile fuit, ad disciplinam oratoriam perdiscendam plus quam diebus pauculis opus esse et diligentia singulari. Ab his igitur Kalendis Jan(uarii) ad alteras ejusdem omne tempus tribuemus plenissimae explicationi artis dicendi [2]), neque tamen non interea addam alia, e quibus et noticia vitae humanae tyronibus elucescat et recta ejusdem colendi ratio.

Sane qui capita me recensere frequentes et sedulo audistis, si eandem adferetis diligentiam et in instituto perdurabitis, feceritis equidem operae precium. Infantiam et garrulitatem illis relinquemus, qui disciplinae justum tempus non tribuunt et studio adeo nobili, ut omnes intelligant, quoniam dicendi facultatem nemo non admiratur et quisque ejus velit esse particeps, eam nemini obtingere nisi qui diligentiam nervosque ingenii omnes intenderit. Absque hoc enim, quod in bonis minimum sit et vilissimum habeatur, ejus umbras fortasse aliquis, sed perfectionem sive rem ipsam nemo sibi comparabit.

(Rostochio. Kalendis Januariis) 1589.

---

74 [1]) Vergl. ep. 42. 28. 37. [2]) Vgl. ep. 42 und 45.

75 [1]).

Henrico Mollero [2]).

Altera epistola mentionem feci Gryphii [3]) ut hominis tibi quoque noti; narraverat enim mihi, cum aliquando e patria sua negocii caussa istuc [1]) venisset, se in mandatis quoque habuisse, ut te Lugdunum Batavorum accerseret.

Tu vero domo abfueras, ut vos non videritis. Velim noveris hominem et audias: quis quantusque sit, cognosces eo loquente. Ex meis litteris unum accipe, mihi cum eo esse plurium annorum amicitiam. Tanto spacio temporis cognovi virum praestantem et omnino virum bonum, ut veteres loquebantur. Ut, quantum usu rerum valeat, suspiceris: πολύγλωττος, praeterea πολλ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

Ad nos se recepit; diu enim nobiscum [4]) familiariter in aula opt(imi) Ducis Joannis Alberti vixerat.

Animadvertit apud Belgas [5]) ita calamitosa esse omnia, ut bonis consiliis locus non sit, non ob illius paenuriam, sed fastidium. Sed ad hominis sermones te remitto. Vale.

Rostochio. III. Non. Jan. MDXIC.

1 [1]).

Joanni Friderico Duci Brunsvic. et Luneb. [2]).

Nisi subito iter pararet Gryphius [3]), paullo diligentius ad te scriberem: ita enim decet; nec tamen hoc mihi sumerem, ut illum tibi commendarem. Statim enim in eo viro apparent, quae sunt in homine potissima et vera adeoque propria bona. Mores et sermo de omnibus facile testantur.

Sed ipse ille ex animo tuo non excidit: quis enim nobis Sverini [4]) fuit familiarior? Sermonibus potius veterem consuetudinem repetite, quam ego hoc litteris faciam; quas etiam illius festinus abitus abrumpit, et vix ad obsignandas momentum mihi dat. Vale.

Rostochio. 3. Non. Jan. 1589.

---

75 [1]) Nach Hamburg. [2]) Heinrich Moller Hamburgensis, Sohn des Senators Joachim Moller, geboren 1530, Melanchthons Schüler und Tischgenosse, Dr. theol. und Professor der Theologie in Wittenberg, musste 1574 wegen Hinneigung zur reformierten Lehre sein Amt niederlegen. Er zog sich nach Hamburg zurück; vgl. Hans Schröder, Lexikon der Hamburger Schriftsteller, und A. D. Biographie. [3]) Bartholomaeus Gryphius Belga, geboren zu Woringen am Rhein im Erzbistum Cöln, wurde 1567 Geheimer Secretarius am Hofe zu Schwerin. 1576 zog er nach Wismar; vgl. F. Lisch, über die Caselier in Meklenburg, Jahrbücher des Vereins für meklenburgische Geschichte, Jahrgang 19, Schwerin 1854. [4]) Caselius lebte in Schwerin 1570—74. [5]) Freiheitskampf der Niederlande gegen Spanien.

1 [1]) Nach Harburg. [2]) Johann Friedrich, Sohn des regierenden Herzogs Otto IV. zu Harburg, war 1557 geboren; vgl. Rehtmeier, Braunschweig-Lüneburgische Chronica, Braunschweig 1722, II p. 1338. [3]) vgl. oben ep. 75. [4]) Caselius lebte am Schweriner Hofe 1570—74. 1579 kehrte Herzog Johann Friedrich von seiner Studienreise, welche er mit seinem Hofmeister Nicolaus Rascius nach Frankreich gemacht hatte, nach Harburg zurück; vgl. ep. ad principes ed. Fuchte 4 und 18, ad nobiles 4. Nach Harburg sandte Caselius an ihn einen Brief am 8. Januar 1588 (ep. ad principes 44).

2 [1]).

Nicolao Registorfio [2]).

Quaesivi proxime de Helvetio [3]), quod diutius abesset, quam dixerat; eum tu nuncias per vos rediisse; ita scilicet properavit, ut apud nos nequedum usquam appareat; forte apud Belovios [4]) est, apud Colonios [5]). Tamen nec venire miror nec scribere? immo mirum sit, si quid recte vel, ut ego expectem, fiat.

Luiades [6]) meus non placuit paucis, in quo tamen ipse adhuc multa desidero et patiar ab aliis desiderari volens. Cur enim desudem in tali scriptorum genere, quae et a paucis et vix semel idque cursim legantur? Bartolo [7]) placere gaudeo; leget enim, ut scribis, et cogitabit sibi gentilitium nobile exemplum ad imitandum esse propositum. Confirma tu adolescentem, mihi equidem carum, boni videlicet animi et boni ingenii neque nullius profectus, qui, si velit, vicerit.

Alter [8]) hactenus ad me ne litteram: tamen misere eget, ni fallor. Pecunia ipsi destinata domi meae est ab autumno; qui ferat, non est: qui enim ferret, adhuc apud nos est; bonae fidei hominem, cui demus, non invenimus. Hoc illum scire velim; et forte nihil malit cognoscere, immo habere. Et Reventlovio curae erit et mihi. Vale.

Rostochio. 19. Kal. Febr. 1589.

3 [1]).

Henrico Luhio [2]).

Non erat opus tam accurata explicatione consilii tui; ego enim, quidquid faceres, id prudenter a te fieri ac amice certo sciebam; ut enim ad te de caeteris virtutibus tuis, quibus

---

2 [1]) Nach Neustadt a. d. Haardt. [2]) Nicolaus Registorfius besuchte das Collegium illustre Casimirianum zu Neustadt a. d. Haardt; vgl. ep. 40 und 38 und ep. ed. Vaget II, 19. — Im Juni 1581 wurde in Rostock inskribiert: Nicolaus Ringenstorf Bremensis patritius; vgl. Hofmeister, Matrikel der Universität Rostock II, 2, Rostock 1891. — Nicolaus Regenstorp, geboren in Bremen am 16. August 1567, Sohn des Ratsherrn Carsten Regenstorp, wurde i. u. doctor, 1623 Ratsherr, 1635 Bürgermeister in Bremen; vgl. Rotermund, Lexikon aller Gelehrten in Bremen, Bremen 1818. [3]) Helvetius tabellarius? vgl. ep. 39. [4]) Nicolaus Below nobilis Megapolitanus, in Rostock inskribiert im April 1581, studierte in Basel; vgl. ep. 39. [5]) Über die Familie Cölln vgl. Beehr, rerum Mecleburgicarum libri octo, ed. Kappius, Lipsiae 1741, p. 1568. Mit Nicolaus Registorfius zusammen war auf der Studienreise Eugenius de Collen nobilis Megapolitanus, inskribiert in Rostock im März 1581; vgl. ep. ed. Vaget. II, 19. Er schrieb an seinen Vater in Rostock, aber nicht an seinen Lehrer Caselius; vgl. ep. ed. Vaget. II, 25. [6]) Vgl. ep. 3 und 10. Rotermund, das gelehrte Hannover, Bremen 1823, führt unter den Schriften des Caselius an: Luhiades, Laudatio Joachimi Luhii, Rostoch. 1588. Joachim von der Lühe, Hofmarschall des Herzogs Ulrich zu Güstrow, starb 1588; vgl. Beehr l. l. p. 1632, und Krabbe, die Universität Rostock, 1854, p. 742. An ihn ist gerichtet ep. 1 (1576) der epistolae ad viros nobiles ed. Fuchte. Schon im Juni 1588 hatten Caselius und Nathan Chytraeus die Absicht, den Verstorbenen durch Lobreden zu feiern; vgl. ep. ed. Vaget. I, 82. [7]) Im März 1585 wurde in Rostock inskribiert: Bartholdus von der Luhe nobilis Megapolensis.

3 [1]) Nach Wolfenbüttel. [2]) Heinrich von der Lühe war Kammerrat des Herzogs

etiam regibus innotuisti plurimis, nihil dicam, quo animo et quam benevolentissimo in me semper fueris a prima nostrae consuetudinis origine, jucunde admodum et apud me recordor et, cum est occasio, amicis refero.

Facies igitur porro in isto negocio non tam quod ex utilitate mea, quam quod ex dignitate sit bonarum litterarum: hoc est, ut, quae digna sint cognitione, legant per otium, ad quos mittuntur, et, quae usui sint futura, cujusmodi fere sunt Xenophontis omnia, ad usum transferant. Sane Dux Henricus Julius [3]) hoc de se pollicebatur puer, coepit adolescuntulus, nihil etiam hodie rectius faciat. A multis enim vitae erroribus, iis maximis [4]), qui quasi familiares et quasi pro cibo sunt principibus et a nemine notantur, quod ipsi audiant, — quis enim potentiam vel molliter carpere aut docere liberius audeat, quando neutrum periculo interdum non vacat — se vindicare possit, confirmare in omni regia actione, denique invenire vias rectas et varias bene merendi de mortalibus.

Hoc qui faciat, veros monumentorum sapientiae custodes ipse quoque colet et ornabit, ut merentur vel certe ut ipsi volent, qui divitias non concupiscunt, quando neque ambitioni student neque voluptatibus; quin in quo animus avarus deprehendatur, is nec amore dignus sit, nedum beneficio, nec suum officium facere videatur.

Tibi me placuisse in laudando gentili [5]) tuo gaudeo nec tamen vel mihi satisfeci vel ipsi rei; praestantior enim vir fuerit, quam ego oratione mea declamaverim; accedit quod neque tum satis habebam ad scribendum temporis. Nathan [6]) eundem laudavit diligenter et eo nomine, quod heri mihi legendum dedit, eruditum carmen tui consolandi gratia scripsit: utrumque leges tu quoque propediem et, uti spero, probabis. Etsi non sine dolore neque mea legeris neque haec leges; desiderabis enim eum, de quo agimus quemque in animo circumferimus, ut minus nos illius desiderio conficere debeamus vel certe, si dolorem repente exterminare non possumus, ei modum ponamus tamen neque plus juris in nos habere patiamur, quam natura ei tribuisse videatur. Vale.

Rostochio. 18. Kal. Febr. 1589.

4 [1]).

Joachimo Bassevitio [2]).

Aut multo es occupatissimus aut abes longius: hanc conjecturam facio, quia tot diebus nihil scribis, qui nullam scribendi occasionem soles negligere; jam vero etiam expectabam tuas litteras.

Julius in Wolfenbüttel; vgl. Beehr l. l. p. 1632. [3]) Herzog Heinrich Julius war der Sohn des regierenden Herzogs Julius in Wolfenbüttel. [4]) iisque maximis? Kohl vermutet: iis maxime. [5]) Joachim von der Lühe; vgl. ep. 2. [6]) Nathan Chytraeus (Kochhaf) war Professor der lateinischen Sprache an der Universität Rostock; vgl. Krabbe l. l. p. 727 und oben ep. 2, Anm.

4 [1]) Nach Kopenhagen. [2]) Joachim von Bassewitz zu Lewetzow studierte 1560—62 in Wittenberg; darauf machte er eine Studienreise nach Italien, wo er mit Caselius befreundet wurde. 1577 wurde er Hofmeister des Prinzen Johann von Mecklenburg, später unter König Friedrich II Rat am dänischen Hofe; vgl. Lisch l. l. p. 23 ff. 1593 wurde er Domherr, 1599 Propst zu Schwerin; vgl. Rische,

Morem tibi gero, quod de Ramelio [3]) imperas [4]); qui si nullus monuisses, oblivisci officium non potui; debent enim illi litterae et ego debeo. Nec tamen ero longior nec in eo laudando multus; neque enim debeo, quod accedit ad blanditias, ne alterum [5]) dicam, a quo prorsus abhorres, nec ille velit, non quod invidiosum, etsi est, sed quod non nisi intra modum praedicari se patiuntur boni. Gloriosi suas laudes pleno ore decantari volunt et se nunquam satis laudari opinantur: nec errant mea sententia; nam etsi nimium illud est, tamen ad nominis honesti famam nihil faciunt omnia.

Vide, ut calamus praecurrat mentem: nihil omnino volui praeter ea, quae sciscitatus ante fueram; neutrum expiscari eliciendo potui.

Tertium hoc: quid de Scoto [6]) narras? Abiit ut rediturus; ad nos non rediit; fefellit non meam, sed summi viri, a quo epistolam mihi attulerat, expectationem. Vale.

Rostochio. 16. Kal. Febr. 1589.

5 [1]).

Vincentio Mollero [2]).

Non ita nuper coepi colere familiam vestram, quod vel ex aliis, vel ex Henrico [3]) patruo tuo audieris; quod si nescias, nihil adeo referat.

Fratrem tuum Joannem [4]) certe amo et Henrici filios [5]); hi nobiscum vivunt in litteris et me utuntur familiariter: quos mecum velim non minus ac fratrem tuum ames. Idem enim agunt, quod ille; parant enim et hi quoque sibi sedulo adminicula vitae veraeque dignitatis: sic enim incumbunt studio sapientiae, ut idem virtutis esse censeant. Accedit, quod te ut majorem colunt. In his omnibus a me mirifice confirmantur.

Matthaeus [5]) exemplum pietatis in patruum edidit, ut vides: sed eundem quoque praestantissimum virum, patrem [6]) tuum, ipse quoque laudavi paucis versibus; velim studium

---

Bischöfe und Domherren von Schwerin, Progr. Ludwigslust 1900. [3]) Heinrich Ramel war Hofmeister des jungen Königs Christian IV. von Dänemark; vgl. unten ep. 9 und 14. [4]) Hochzeitsgedicht; vgl. unten ep. 9 und 14 und ep. ed. Vaget 85 (24. Dezember 1588 an Bassewitz: De Ramelio nihildum egi, cogitavi tamen; nomen sponsae nescio, diem item dictum nuptiis. Utrumque edoce me et quam primum). [5]) Vgl. ep. ed. Dransfeld p. 330: adulatio, pestis optimarum vitae rationum. [6]) Johannes Sevartus Scotus war dem Caselius vom Dänischen Kanzler Nicolaus Kaas empfohlen; vgl. ep. ed. Vaget. I, 87. Caselius schreibt über ihn am 13. Dezember 1588 an den Kanzler Jakob Bording in Güstrow (ep. ed. Vaget. I, 87): „Videre pompam volebat nec linguam nec homines novit." Am 18. Dezember fand in Güstrow der feierliche Einzug des Herzogs Ulrich mit seiner zweiten Gemahlin Anna aus Pommern statt; vgl. Hofmeister l. l. 1588.

5 [1]) Nach Hamburg. [2]) Vincentius Moller, Sohn des Hamburger Bürgermeisters Eberhard Moller, geboren 1560, studierte in (? Rostock, wo im Juli 1574 Vincentius Moller Hamburgensis patritius inskribiert wurde, und) Basel und wurde 1585 Senatssekretär, 1596 Senator, 1599 Bürgermeister in Hamburg; vergl. Hans Schröder l. l. [3]) Vgl. oben ep. 75. [4]) Im Mai 1583 wurde in Rostock inskribiert: Joannes Moller Eberhardi filius Hamburgensis; späterer Zusatz: Jur. utr. doctor, consiliarius principis Holsatiae. Er starb 1613; vgl. Hans Schröder l. l. [5]) Im April 1585 wurde in Rostock inskribiert: Mattheus Mollerus Hamburgensis, im Oktober 1587: Johannes Mollerus Hamburgensis, im Mai 1588: Henricus Mollerus Hamburgensis. [6]) Eberhard Moller, geboren 1527, Melanchthons Schüler, wurde

utriusque probes. Mihi etiam abunde relatam gratiam judicabo, si invenies aliquid ad nobiles conatus eruditissimi adolescentis adjuvandos; quod nisi tibi facile esse censeam, obtester te, ut in id, quod rogo, nervos intendas tuos: sed nihil habet difficultatis, quod praesertim velis, et me non monente, si sensus animi tui cognitos habeo, ultro facies. Vale.

Rostochio. 13. Kal. Febr. 1589.

6 [1]).

Henrico Mollero [2]).

Quae de rebus Hispanicis [3]) doces, ea uberius exposuit Gryphius [2]); sed idem quoque narrat *θαυμαστὰ ἀπροσδόκητα καὶ μονονουχὶ ἄπιστα* ex Galliis [4]): quae si vera sunt, incisus videtur nodus sacri foederis [5]), ut ille etiam opinatur.

Fama de rege Poloniae [6]), quae huc rumoribus allata fuerat plurium dierum et derivata per varias provincias, ad nos ex pluribus locis quasi regurgitat. Verum ille vivit et valet et corpore et animo. Non temere loquor de utroque; qui enim eum a pueritia intime noverunt, quod uno ore mihi diversi diverso tempore asseverarunt, non facile in dubium voco. Utinam nostri [7]) aut minus appetivissent aut maturius arma expedivissent aut intima consilia saltem proditoribus non credidissent! Sed haec sunt hodie *ἔωλα*.

Ad Peucerum [8]) de morte filii *παραμυθητικὸν* misi; ut placuerit, cognoscam, cum scribet: animum haud dubie mirifice probarit.

Hoc a te quoque expecto; leges enim laudes fratris tui Eberhardi [9]) a me conditas: leges propediem et Joachimi [10]): nec improbabis, quod feci. Meos et filii tui [9]) versus ad Vincentium [9]), fratris tui filium, misi cum epistola [9]). Vale.

Rostochio. 13. Kal. Febr. 1589.

7 [1]).

Henrico Luhio [2]).

Nec brevius nec verius scripsero, quam quod ille profitetur: equidem enim dignas persolvere grates non opis est nostrae; nec vero potes dubitare, quin abunde mihi satis sit factum, si, cui nihil debetur, ei dicitur satisfieri, sive ingenium meum perspexisti, sive legisti litteras, quas ad te IV. Kal. Jan. dedi.

1565 Senator, 1571 Bürgermeister in Hamburg; er starb am 1. oder 2. Februar 1588; vgl. F. G. Buek, Hamburgische Bürgermeister, Hamburg 1840, p. 43.

6 [1]) Nach Hamburg. [2]) Vgl. oben ep. 75. [3]) Untergang der grossen, gegen England ausgesandten Armada 1588. [4]) Ermordung des Herzogs Heinrich von Guise zu Blois a. d. Loire am 23. Dezember 1588. [5]) Die Heilige Ligue wurde 1576 geschlossen. [6]) Sigismund. [7]) Erzherzog Maximilian, Kaiser Rudolfs Bruder, Sigismunds Gegenkandidat, war 1588 in Gefangenschaft geraten. [8]) Caspar Peucer, geb. 1525, Melanchthons Schwiegersohn, war seit 1586 Rat und Leibarzt in Dessau; vgl. A. D. Biographie. [9]) Vgl. ep. 5. [10]) Joachim Moller, geboren zu Hamburg 1521, Heinrich Mollers ältester Bruder, Melanchthons Schüler, wurde herzoglich lüneburgischer Kanzler; er starb zu Bardowik am 2. August 1588; vgl. A. D. Biographie.

7 [1]) Nach Wolfenbüttel. [2]) Vgl. ep. 3. [3]) In der Handschrift stand nach Kohls Zeugnis:

Quod autem nunc uberius non scribo, in caussa est opus, etsi non magnum, quod moram non patitur; amicus mihi mandavit, quin imperavit officium; qualecunque [3]) erit, videbis; non enim patiar, ut, cum alia a me praestari nequeant, animo tibi et scribendo minus videar satisfecisse. Atque utinam illum alia ratione, quam litteris probare valeam; sed hoc me consolatur, quod me novisti tot annos; potest et ejusdem vel testis vel quasi interpres esse noster Bassevitius [4]), qui istic te videbit, ni fallor, antequam has legas.

Quod alterum negotium [5]) relinquis, facis non solum sapienter, quis enim natet adverso alveo ruente vel naviget contra vehementer flantibus ventis, sed etiam, quod ipse volo maxime. Nolo enim profecto, quo non ducit res ipsa divinitus [6]), et initio tamen videbatur, quodque procul a portu videtur abducere. In patria enim tua [7]) humanitas et tranquilla [6]) hactenus omnia; quae bona conservare studemus etiam, quanto studio possumus. Vale.

Rostochio. X. Kal. Febr. 1589.

8 [1]).

Othoni Duci Brunsv. et Luneb. [2])

De rebus Gallicis ad nos primum ex vicina ista urbe [3]) scriptum fuit. Subsecutae fuerunt litterae e superiore Germania, quarum etiam exemplum mitto. Negotium videtur esse verum: etsi narratio in quibusdam discrepat.

Mitto item, quae accepimus de rebus Muscoviticis. E Livonia veniens homo notus adfirmat Maximilianum [4]) Austri(a)cum ex Cras(nis)tava arce [5]) in Camine [6]) jam abductum: id est castellum in Podolia ultima, in finibus Tartariae, Walachiae et Turciae. Vale.

Rostochio. IX. Kal. Febr. 1589.

9.

Henrico Ramelio [1]).

Placuit Bassevitio [2]), ut, quod officii mei esse profiterer, non negligerem; in quo me ita, spero, gessi, ut animi affectionem facile probaturus sis. Non enim postulo, ut probes, quod ipse non probem; neque enim unquam in hoc genere [3]) multum potui, nedum hodie, quando ab hilaritate declinat aetas et aliae curae animum distinent [4]). In hoc tamen mihi placeo, quod

---

quaequnque; Kohl vermutet: quodcunque. [4]) Vgl. ep. 4. [5]) ? Berufung des Caselius nach Helmstedt; vgl. ep. 32, 37, 38, 43, 55. [6]) Vgl. ep. 42 und 43. [7]) Mecklenburg.

8 [1]) Nach Harburg. [2]) Herzog Otto VI wurde zu Harburg 1528 geboren. Nachdem er in Wittenberg studiert hatte, kam er 1549 in Harburg zur Regierung. Er starb 1603; vgl. Rehtmeier l. l. p. 1337 ff. Sein Sohn Wilhelm wohnte als Student 1575—79 bei Caselius in Rostock; vgl. vier Briefe an den Herzog Otto unter den ep. ad viros principes ed. Fuchte (22, 31, 38 und 40). [3]) Hamburg; vgl. ep. 6 und 12. [4]) Vgl. ep. 6. [5]) Schloss Krasnostaw, nicht weit von Lublin. Bei Kohl steht gedruckt: Crastana. Arx Crasnistava heisst das Schloss bei David Chytraeus, Chronic. Saxon. 4, Gryphiswaldiae 1593, p. 325. [6]) Kamieniec.

9 [1]) Heinrich Ramel war Hofmeister des jungen Königs Christian IV in Kopenhagen; vgl. ep. 4 und 14. [2]) Vgl. ep. 4. [3]) Hochzeitsgedicht; vgl. ep. 14. [4]) In der Handschrift stand: destinent.

modestiae tuae consului etiam religiose: non enim laudes affingo ac ne regibus quidem; ambitiosos enim ne laude quidem dignos censeam.

Sed occupatior es, quam ut loquaciores litteras velis; nec, ut spero, carminis [3]) brevitatem adspernabere. Vale.

Rostochio. 7. Kal. Febr. 1589.

10 [1]).

Othoni Wackerbart(io [2]).

Non erat, quod mihi gratias ageres, quia *Λουιάδην* [3]) suis laudibus ornassem; debebam hoc ipsius in me meritis, immo virtuti, quae non potest otiose vitam agere, sed semper parata est inservire aliis.

Quod litteris munus addidisti, gratus accipio et tuis aliquid referam gratiae. Hoc animadvertes, ut potero, in adolescente, quem mihi diligenter commendasti; interea ad me non rediit: necesse est ut me adeat et, si a me ornari velit, de meo consilio rationes suas instituat; quod si faciet, locus ei citius serius paratus erit. Nec enim nullae sunt occasiones neque tamen, quotiens ipsi optamus; non negligam, quae erit prima ipsi conveniens. Vale.

Rostochio. 4. Kal. Febr. 1589.

11 [1]).

Gulielmo Duci Brunsvic. et Luneb. [2]).

Scribendi commoditatem saepe pro argumento habeo; huic adolescenti vestro dare possumus rectissime: quae exponere possim, vobis notiora arbitror.

Gallica enim per vos huc transeunt. Novum erat et paene incredibile de confosso Guisio [3]), sed quotidie novis nunciis confirmatur, ut jam nemo dubitet. Colonienses literae crematum cadaver et cineres in Ligerim projectos referunt de sententia ordinum [4]), seditionem exortam Lutetiae, tumultus per Galliam, regem in castris esse. Sed haec, ut et Belgica et Britannica et Iberica plenius cognoveritis.

Rex Poloniae [5]) publica fama vivit; mortuus nihilominus susurratur, falso prorsus; comitia nequedum indicta certum est. Paucis enim diebus ante Suecus transiit, transmittens hinc in Daniam terra in Sueciam properans, qui se a rege venire et cum rege locutum diceret.

Pestilentia facit, quae saeviit in multis Sarmatiae provinciis, ut rariores sint minusque certi nuncii. Vale.

Rostochio. Kal. Febr. 1589.

---

10 [1]) Nach Schwerin. [2]) Otto von Wackerbart, Erbherr von Kogel in Lauenburg, war Domherr, seit 1584 Dekan in Schwerin; vgl. ep. 66 und Rische l. l. [3]) Vgl. ep. 2.

11 [1]) Nach Helmstedt? [2]) Herzog Wilhelm, Sohn des zu Harburg regierenden Herzogs Otto (vgl. ep. 8), geboren 1564, studierte 1575—79 in Rostock, darauf in Leipzig; 1582—84 bereiste er Frankreich und England; 1587 begab er sich mit drei jüngeren Brüdern nach der Universität Helmstedt; vgl. Rehtmeier l. l. p. 1337 ff und sechs an ihn gerichtete Briefe unter den ep. ad viros principes ed Fuchte. Er regierte 1603—42; mit seinem Tode erlosch die Harburger Linie der Herzöge von Braunschweig-Lüneburg. [3]) Vgl. ep. 6. [4]) Ständeversammlung zu Blois a. d. Loire. [5]) Sigismund.

12 [1]).

Bartholomaeo Gryphio [2]).

Litterae tuae [3]), ni fallor, primae omnium nunciarunt de Guisiana caede; eas ego statim, ut velle videbaris, in aulam [4]) misi. Ab eo die e pluribus locis aliae advolarunt, quae non solum confirmant a te scripta, sed aliae aliis disertius omnia explicant: pleniorem historiam tempus dabit.

Igitur novi tumultus in Gallia, quos facile tamen sedatum iri existimem; sequentur enim Galli auctoritatem sui regis nec praeter paucos, qui in periculo sunt, ei se opponent. Rex etiam Hugenottis locum et otium concedet: si sapiet, inquam. Romae haud dubie trepidant et nova consilia cudere necesse habent.

Hispano [5]) erit negocii domi quantum exhaurire poterit, minus Anglis vel Belgis metuendum. Quid igitur facis? an quod suspicatur et probat Brucaeus [6])? Quodsi istinc ad tuos recta proficisceris, filius tuus [7]) nobis curae erit; et ipse ultro officium faciet. Quod simul ita varia studia colit, non probo; quid meae sit sententiae, non te fugere arbitror: de qua si ad nos venies, tecum egero, si voles, pluribus.

Te autem vel litteras tuas expectamus easque uberrimas neque de his solum, quae acciderunt, sed de iis potissimum, quae futura prospicis. Vale.

Rostochio. prid. Non. Febr. 1589.

13 [1]).

Henrico Mollero [2]).

Litterae tuae nobis Gallica [3]) narrabant; vera enim esse credimus, quae ex tot adeoque dissitis locis adferunt: etsi narrationes discrepant in pauculis, aliae etiam aliis sunt pleniores, quaedam quoque vel ex fama vel ex conjecturis falsi aliquid habent, ut fit rebus recentibus.

Ἀλκυόνια [4]) iis erunt, quos numero et vi valentissimi non vellent [5]) vivere; quin aliqui non vivunt, qui illos volebant mortuos. Caetera ei [6]) curae sunt, cui illa curae fuisse nos intelligimus: alteri non sentiunt, qui senserunt maxime; *οὐκ εἶναι δὲ μεῖζον κακὸν τῆς ἀναισθησίας φασὶν οἱ τῶν ἰατρῶν παῖδες.*

De filiis [7]) tuis nihil expectas, neque es, ut puto, sollicitus: neque debes; nihil enim caussae est. Ipsi aliquid dabunt. Vale.

Rostochio. Pr. Non. Febr. 1589.

---

12 [1]) Nach Hamburg. [2]) Secretarius, auf der Reise; vgl. oben ep. 75. [3]) Vgl. ep. 6. [4]) Schwerin. [5]) Philipp II, dessen grosse Flotte 1588 vernichtet wurde. [6]) Heinrich Brucaeus, 1530 in Flandern geboren, war seit 1567 Professor der Medizin in Rostock; vgl. Krabbe l. l. p. 708. [7]) Im August 1588 wurde in Rostock inskribiert: Johannes Albertus Gryphius Sverinensis.

13 [1]) Nach Hamburg. [2]) Professor; vgl. oben ep. 75. [3]) Vgl. ep. 6. [4]) Herzog Heinrich von Guise wurde am 23. Dezember ermordet. [5]) Handschrift nach Kohls Zeugnis: vellem. [6]) Vgl. ep. 46: *Θεῷ μελήσει.* [7]) Vgl. ep. 5.

17 [1]) Nach Hadersleben. [2]) Hans Blome, Besitzer des Gutes Seedorf bei Segeberg, Königlich Dänischer Rat, war 1585—93 Amtmann zu Hadersleben; vgl. Michelsen, Nachricht von den Schleswigschen Aemtern und Amtmännern, Zeitschrift für Schleswig-Holsteinische Geschichte, Bd. 8 p. 162, Olaus Heinrich

17 [1]).

Joanni Blumio [2]).

Quod nemo non fatetur esse rectissimum, non omnes tamen sequuntur. Quis enim paullo adultior ita expers est vitae humanae, ut educationi liberorum sedulo incumbendum aut neget aut dubitet? Tamen non multi hoc agunt; pauci in eo, quod instituerunt, perseverant, sive quod non procedit statim, ut optant, sive quod parcunt sumptui, sive aliquam aliam ob caussam. Persequuntur soli, qui negotium intelligunt idemque judicant, quod te judicare animadverto, in educatione salutem esse et liberis sitam et, sine hoc si sit, caetera quamvis ampla fortunae et nonnulla etiam animi bona esse non magno illis usui, saepe etiam exitio. Quocirca tu homo sapiens liberos tuos magna cura educas, ut et virtutem sibi parent et, quae vel ab ipsa natura vel a te bona acceperunt, iis recte et feliciter utantur. Sed nihil opus est mea praedicatione hujus divini tui et necessarii [3]) consilii; quin minus necessaria, ut in sermonibus, et in litteris solemus saepius.

Quae in mentem mihi veniebant, attigi, indicaturus te filiorum institutioni reperisse juvenem perquam idoneum hunc Fridericum Corvinium [4]). Honesto apud nos loco natus est et ejus mihi mores, animus, eruditio nota sunt et probata bonis omnibus. Nec vulgariter autem didicit tam graecas, quam latinas litteras, nec solum illis latinos scriptores bonae notae recte potest explicare — quod hodie plerique negligunt paucosque adeo reperias paedagogos, qui aliquid temporis et operae in illis intelligendis posuerint — sed etiam eos recte exercere in studio eloquentiae, quae singulari ornamento est nobili loco natis et prae omnibus disciplinis olim a principibus civitatis colebatur. Quod idem apud multas gentes hodie magis frequentatur, quam in Germania: nisi neque apud nos prorsus negligitur laudemque majorem obtinet, quam diligentiam impetrat. Qua de re brevi epistola dici non queunt, quae forte explicanda essent, neque etiam tu ignoras, quanta res sit et quam utile maximeque necessarium instrumentum politicae utque illius cultores huic quoque se dedant impensius. Et hic juvenis legum disciplinam etiam sectatur, si hoc quoque desiderari videatur.

Nec solum vero bene doctum cognosces, sed etiam modestum, bonis moribus, integri animi, ut et exemplo et ratione animos etiam filiorum tuorum recte ad solidam virtutem informare possit. Qui cum indole sint bona et semina cum doctrinae tum virtutis domi tuae acceperint, recte moniti ultro obtemperabunt, et hos ille benevolentia et humanitate facile sibi adjunget; nec labori parcet sibique delegatam curam curae habebit. Potissima haec esse censeo, quae requires. Morositas enim et asperitas sermonis aliena sunt ab indolis cujusque liberalis educatione. Aetatem [4]) ipse vides, quo tempore prudentiae primas radices egerunt, quorum consilia et industriam expetat olim respublica.

Habes, quid jam de Corfinio tibi polliceri possis, quem etiam te pro humanitate tua

---

Moller, Nachricht von dem Geschlecht derer von Ahlefeldt, Flensburg 1771, p. 207, und Johannes von Schröder und H. Biernatzki, Topographie von Holstein, Oldenburg 1855. [3]) singularis? vgl. ep. ed. Vaget. 67: Jam vero vestrum est hoc singulare et prorsus paternum prorsusque divinum patrui avunculique beneficium agnoscere. [4]) Im April 1577 wurde in Rostock inskribiert: Fridericus Corvinus Rostochiensis. [5]) Leyser l. l. schreibt: III. Id. Febr., Kohl dagegen mit einer Lücke: d. Febr. 1589. (die 11. Febr. ?).

benigne accepturum et liberaliter habiturum non dubito. Opto, quod spero, ut hujus juvenis industria spatium virtutis et doctrinae feliciter filii tui conficiant, quod honori ipsi vestraeque familiae sit, utilitati patriae. Vale.

Rostochio. III Id. Febr. [5]) 1589.

14.
Henrico Ramelio [1]).

Misi ad te Januario [2]), quae honori nuptiarum condideram, pauca illa nec ambitiosa: cum non velis nisi modesta, brevitatem quoque modestiae esse existimabis; addidi litteras breves. Illa, uti spero, non improbasti: probaveris certe animum, cujus declarandi necessitatem beneficiis tuis mihi jam pridem imposueras; utendum duxi hac ratione, cum alia non possem.

Interea vero ad me misit oeconomus tuus litteras, quas ad te curarem; quod diligentius rogavit, quam opus erat. In Daniam nemo trajicit hoc tempore; tentatum fuit ab aliquibus frustra, navigia ab ulteriore littore arcet glacies. Sic quoque cogitabam: te a comitiis Holsaticis [3]) non abfuturum, quae [4]) paucis post Idus diebus futura [4]) acceperamus.

Itaque huic adolescenti [5]) illas ad te cum hisce dedi; quem tu a me venientem amabis, sed multo magis, quia ingenio et bonis moribus praeditus, litteris tam Graecis quam Latinis eleganter eruditus, et totus vacat sapientiae et virtutis studiis; idem tamen nec a disciplina legum alienus.

Proficiscitur autem ad Joannem Blumium [6]) hic Fridericus Corfinius [5]), cujus filios doceat; affirma Blumio mea fide, aptiorem educatorem filiorum non inventurum; sed ad ipsum quoque aliquid dabo. Etenim valde faveo familiae Blumiorum, et mirifice huic cupio; quorum utrumque simul recte a me praestari posse, mihi non sine caussa persuadeo vel potius scio; et hoc tu quoque me recte judicare judicas. Vale.

Rostochio. Pr. Idus Febr. 1589.

15 [1]).
Davidi Huberino [2]).

Equidem minime expectaveramus Detlevum [3]), sed his diebus tamen expectabamus; ejus enim adventum et profectionis caussam fama nunciarat. Cum tamen dubitaremus, advenit,

---

14 [1]) Der Pommersche Edelmann Heinrich Ramel überwachte bis 1590 die Gesamterziehung des jungen Königs Christian IV. von Dänemark als Hofmeister. Er war einst Kanzler Johann Friedrichs von Pommern gewesen, war eng befreundet mit dem dänischen Reichskanzler Niels Kaas und ein weitgereister und sehr geschäftskundiger Mann. 1593 wurde er zum deutschen Kanzler ernannt. Vgl. Dietrich Schäfer, Geschichte von Dänemark, V. p. 275, Gotha 1902. [2]) Vgl. ep. 4 und 9. [3]) Im September 1588 war auf dem Landtage unter den Königlichen Gesandten: der Kgl. Reichsrat und Hofmeister Heinrich Ramel; vgl. Landtagsakten B. p. 13., Handschrift in der Altonaer Bibliothek K IV, 206. [4]) Bei Kohl steht gedruckt: quas futuras. [5]) Fridericus Corvinius, auf der Reise nach Hadersleben; vgl. oben ep. 17. [6]) Hans Blome, Amtmann zu Hadersleben; vgl. oben ep. 17.

15 [1]) Nach Verden. [2]) David Huberinus, geboren zu Augsburg 1540, war Domprediger und Superintendent zu Verden; vgl. Rotermund l. l. [3]) Detlevus Raschius war seit 1580 rector scholae

nobisque fuit unus hospitum gratissimus: nobis, inquam, et hominibus doctis et sane praeterea omnibus civibus, quos sibi studio et officio olim [4]) devinxerat.

Velim aeque isthic [1]) carum esse plerisque, ut hic. Sed ita est: nemo potest placere omnibus nec est in potestate cujusquam, ut, quos velit, invitos amicos faciat, etsi interdum, qui nos odissent, eos ad nos amandos virtute et officio pertrahimus. Tu haec intelligis, quae accepisti et e doctrinis sapientum et in usu vitae expertus fuisti.

Vidi quoque libenter filium tuum Casparem [5]), cui nullo loco defuturi sumus, quod tibi certo de me persuadeas velim. Manda etiam per litteras, quod coram feceris, ut me de suis rebus consulat velitque mihi esse familiaris; sic adolescentem, de quibus opus erit, quotidie monere potero. Omnino expectationi paternae satisfacturum spero; ea est indoles et ille profectus, quae sunt vera virtutis et sapientiae fundamenta.

Verum et de his et caeteris audi Rascium [3]) pro omnibus epistolis. Munus tuum non necessarium mihi gratum fuit, sed referam gratias filio tuo [5]) uberiore mensura. Cur enim hoc non pollicear, quod praestem et praestare parvo negocio possum? Nec tamen me in magnificos refero; studiosum esse bene de juventute merendi et gratiae referendae satis est, quia hoc nihil aequius putatur, illud a magnificentia non abhorret. Vale.

Rostochio. XII Kl. Martii 1589.

16 [1]).

Joanni Hennichio [2]).

Ita est, quod initio tuae epistolae innuis: mirabar enim, unde esset, quod litteras non agnoscerem; ubi paucos versus legi, mirari statim desii. Vidi enim te meis omnibus a pueritia usque esse hominem notissimum et carissimum, simulque idem audivi.

Hoc tu miratus sis, nisi explicem; sic igitur habe: praesto mihi erat frater Christophorus [3]), qui de te quaerenti inter legendum narravit omnia; citatus ad dicendum testimonium non potuit magis comparere tempori. Venerat huc paucis diebus ante, erat in oppido, in aedibus, in museo.

Alii quoque honesti homines me de facundia tua et vitae gravitate docuerunt; quibus solis, sunt enim potissima, me tibi devincires. Nec altera sunt tamen nullius momenti; quin homo non sim, nisi te amem, non solum popularem [2]), sed etiam qui patri meo [4]), sororis marito [5]) et tribus fratribus [6]) semper carus fueris.

Verdensis; vgl. ep. 51. [4]) Im September 1568 wurde in Rostock inskribiert: Detlevus Raschius Hannoverensis. [5]) Im Februar 1589 wurde in Rostock inskribiert: Casparus Huberinus Verdensis, nepos theologi Caspari Huberini.

16 [1]) Nach Hamburg. [2]) Johann Hennichius (Henneke), geboren zu Dassel 1540, war seit 1576 Hauptpastor an der Jacobi-Kirche zu Hamburg; vgl. Hans Schröder l. l. [3]) Christophorus Caselius war Sekretär bei der Preussischen Regierung in Königsberg; vgl. ep. 19. [4]) Matthias Caselius starb, 88 Jahre alt, zu Göttingen 1580; vgl. Friedrich Koldewey, Jugendgedichte des Humanisten Johannes Caselius, Braunschweig 1902. [5]) Christoph Wittich, Pfarrer zu Ingersleben bei Erfurt; vgl. Koldewey l. l. p. VIII. [6]) Johannes Caselius hatte drei jüngere Brüder: 1. Christophorus; vgl. ep. 57, 2. Samuel, 3. Daniel; vgl. ep. 20. Samuel Chasselius Gottingensis wurde im Januar 1565 in Rostock

Miror igitur multo magis, te antehac nihil ad me dedisse, quod pro animorum conjunctione, quae tibi cum illis fuit, factum omnino decuisset. Quam reprehensiunculam tibi non asperam aut inhumanam visum iri puto, siquidem mihi carus esse expetis, non notus solum.

De siclo [7]) etiam te amo, cujus *χαραικτῆρος* ante nullum videram. Epigramma tibi polliceor, nunc non vacabat; flagitandi tibi potestatem facio. Vale.

Rostochio. IIX K. Mart. 1589.

18 [1]).

Joanni Rostorfio [2]).

In tertium jam mensem, Rostorfi, nihil a me legis, quamdiu scilicet mare [3]) clausum fuit: ante dabam crebriores, quas omnes tibi fuisse redditas ex tuis proximis vidi, quibus adjunxeras fasciculum *πανηγυρικῶν*, quos rogaveram; stabo vero promissis, ut primum operam mihi dabit typographus.

Gaudeo mittendi commoditatem nobis redditam, quae si fuisset ab idibus Jan(uariis), misissem sedulo res Gallicas [4]), quas tamen in regia [1]) ignorare non potestis. Plenissimam modo totius historiae expositionem lege, quam qui contexuit, ad me primum omnium misit atque heri primum fuit illa mihi reddita.

Quod si quis de Sevarto [5]) sciscitatur: huic profecto mea studia et officia omnia in promptu fuerunt, curavi, quibus opus erat, hominem in mensam recepi; verum ille Gustrovium Decembri abiit ut rediturus, non rediit, nihil ad nos scripsit neque quidquam nunciavit; neque interea cognovimus, quo se contulerit. Mensem apud nos non vixit. Vale.

Rostochio. VI. Kl. Mart. 1589.

19 [1]).

Leonhardo Brigelio [2]).

Non libet mihi querelas, nec veteres nec novas, fratris mei Christophori [3]) ad te perscribere: veteres non ignoras, novas ipse tibi, vel nunc per epistolam, vel ubi ad vos redierit, referet; velim ejus aliquam rationem haberent, quibus merito ea res curae sit. Annos servit multos, labores exhaurit, quos [4]) aetas ejus ferre diu non potest: nec sine periculo fuerunt itinera proxima.

Ipse fratris vicem magnopere doleo nec habeo, quid in rem consulam. Novi aulam [5]) aularumque sectatores; plerique suam rem agunt: et sane pauci sunt, quos aula beaverit; in

---

inskribiert; er starb im folgenden Jahre als Student in Leipzig; vgl. ep. ed. Dransfeld p. 238 und 250. [7]) Shekel.

18 [1]) Nach Kopenhagen. [2]) Im April 1573 wurde in Rostock inskribiert: Joannes Rosdorpius Bardevicensis. Späterer Zusatz: Reginae Daniae secretarius. [3]) Vgl. ep. 14. [4]) Vgl. ep. 12. [5]) Vgl. ep. 4.

19 [1]) Nach Königsberg. [2]) Leonhardus Brigelius (Prügel) war Secretarius bei der Herzoglich Preussischen Regierung in Königsberg; vgl. ep. 57. [3]) Christophorus Caselius wurde 1561—73 als Legations-Sekretär vom Herzog Johann Albrecht von Mecklenburg beschäftigt; später bekam er eine ähnliche Stellung bei der Regierung in Königsberg; vgl. ep. 57. [4]) Handschrift nach Kohls Zeugnis: quae. [5]) Vgl. ep. 70. [6]) Daniel Caselius in Erxleben; vgl. ep. 20.

qua qui adoleverit nec primis annis aliquid praesidii sibi paraverit, frustra aliquid opis expectet, quando vel per morbos vel per ingruentem senectam labores tolerare amplius non potest.

Venit ad me ante mensem, expectatus etiam ante Kal(endas) Jan(uarias); esse enim apud fratrem [6]) et ad me venturum acceperam; non venire mirabar. Morbo ibi in alterum mensem detentus, venit imbecillus admodum; immo hic adversa valetudine ita conflictatur, ut ipsi non sine caussa metuam. Ac vix demum eum compuli, ut a medicina opem petat. Prorsus languet et alimenta fastidit.

Ubi se collegerit, quod quam cito futurum sit, non video, istuc [1]) se referet: nec vero fratrem tenebo, ut primum per valetudinem iter ingredi poterit; nec veniet sine meis ad te litteris. Vale.

Rostochio. VI. Kal. Mart. 1589.

20 [1]).

Friderico Scharfio [2]).

Persuasit mihi aliquando popularis idemque propinquus tuus Andr(eas) Ladebachius [3]), ut ad te scriberem. Quod cum tibi non ingratum fuisse intellexerim, has etiam libenter dedi, praesertim confirmante me fratre Christophoro [4]); praedicavit namque mihi tum caeteras animi tui dotes cum singulari humanitate conjunctas, tum vero tuam erga se benevolentiam, uti [5]) vel hoc solo nomine et suspicer te mihi velle et ipse recolam impensius.

De fratre [4]) pluribus scribam, quando a me ad vos iter ingredietur, quod velim, ut ipse velit, quam primum fieri posse; veretur enim, ne hanc diuturnam absentiam quis calumnietur, ut fit. Quibus in negotiis abierit, te non fugit: expeditis maxime necessariis revertendum sibi istuc [1]) putavit potius, quam eos comitaretur, quibus invisus erat nec ulli tamen usui. In reditu ad fratrem nostrum [4]) declinavit, matrem [6]) potissimum salutatum. Ibi in morbum incidit, ut vix altero mense ad me aegrotus venerit. Auctor ei fui curandae valetudinis, in quo ille mihi morem invitus gessit. Jam enim ingravescebat morbus, qui eum ita dejecit, ut vix in aedibus vestigium facere possit, certe de cubili in cubile transeat. Sexta abhinc nocte vehementi horrore correptus fuit atque iterum hesterna. Quidquid est alimentorum, fastidit; somni vix quidquam capit. Medici officium faciunt, nihil dum proficitur; spem facere non desinunt, ego tamen fratri metuo.

Ubi convaluerit, si convalescet, redeunti istuc [1]) alias, ut initio dixi, ad te dabo easque uberiores; nec enim solum de fraternis querelis agam, sed etiam sive consilium sive petitionem meam tibi sedulo exponam. His tibi gratias actas putabis, quod eum ames, teque rogatum, ut, ubi opus sit, de absentia diligenter purges.

---

